Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 46



ſis ſumere? An putatis nudum quemquam illuc ingredi poſſe. Quod ſi quis impudenter ac temere, abſque veſte nuptiali introire præſumſerit, ſcitis quid pati debeat ejuſmodi? Juſſu enim Regis, ligatis pedibus ac manibus projicitur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Vereor equidem, cariſſimi, ne nos ab illo thalamo affectiones carnales expellant, cum ſolo exteriore habitu ornati ſimus: exterior enim cultus ac habitus, cordis noſtri & mentis indicium eſt. Siquidem ornatus indumentorum, veſtiſque nimis accurate compoſita, nos vera illa gloria nudos indicant ac terrena ſapere: & amor gloriæ, nos vanitati deditos eſſe deſignat; ciborumque deliciæ, gulæ concupiſcentiam arguunt. Negligentia pigros atque inertes nos eſſe declarat. Nimius amor plura acquirendi ac poſſidendi, quod Chriſtum non amemus, neque deſideremus, nos accuſat. Invidiæ lues caritatem in nobis non eſſe denunciat. Frequens pedum facieique ablutio, nos noſtris ſervire paſſionibus ſignificat. Per linguam, quid cor noſtrum appetat, declaratur: quæ enim cor deſiderat, lingua proferre conſuevit; motuque labiorum cordis noſtri arcana depromuntur. Nam ubi os noſtrum aperitur, amoto jam oſtio atque cuſtode, ſermo etiam noſter citra delectum, temereque progreditur; per verba autem cordis occulta produntur. Os ſiquidem, quod animi ſecreta non ſervat, ſuas illi cogitationes furatur: & dum intra ſe mens continere ſe exiſtimat, oris temeritate atque effrænatione evulgatur, cum ſe minime videri arbitratur. Blandum detractionis vitium dum libenter auditur, animæ odio laborantis certum indicium eſt. Ne igitur quis erret, ut exteriore religionis habitu ſe aliquid eſſe exiſtimet: nam qui ſe putat ejuſmodi apparenti ſpecie religioſum eſſe, ſe ipſum, fratremque ſuum fallit ac decipit. Et illa ſimulata religio quam ſit falſa, ex ipſa protinus converſatione ejus facile cuivis conſtare poterit. Si enim cogitationes cordis ipſius addiſcere velis, aures tuas ori ejus admove, ſtatimque ex illo cognoſces, de quibus ſollicitus ſit ac cogitet: utrum de terrenis, an de cœleſtibus; de ſpiritualibus, an de carnalibus; de voluptatibus, an de continentia ac temperantia; de opibus accumulandis, an de voluntaria paupertate; de humilitate, an de ſuperbia; de caritate, an de odio. Nam de cordis theſauro os depromit eſcas ad ſe accedentibus; & linguæ uſus, quibus cor perfrui deſideret, Chriſto ne, an rebus præſentis ſæculi, oſtendit: inviſibiliſque anima

per

A γυμνὸς οὐδεὶς εἰσέρχεται ἐκεῖ; ἐὰν δὲ περιπετάσηταί τις εἰσελθεῖν μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου, ἐπίστασθε τὰ πάσχει ὁ τοιοῦτος. κελεύσαντος γὰρ τοῦ βασιλέως, δεσμεύουσιν αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, καὶ ἐκβάλλεται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ἐστὶν ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. * Φοβοῦμαι ἀγαπητοὶ, μὴ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἐκβάλωσιν ἡμᾶς ἔξω τοῦ νυμφῶνος, ἔξωθεν σχηματισθέντας· τὸ γὰρ σχῆμα τὸ ἔξωθεν B διδάσκει ποῦ ἡμῶν ἐστιν ἡ καρδία καὶ ὁ νοῦς. Ὁ καλλωπισμὸς καὶ ἡ φιλοκαλία τῆς ἐσθῆτος δείκνυσιν, ὅτι γυμνοί ἐσμεν τῆς δόξης ἐκείνης, φρονοῦντες τὰ γήϊνα· καὶ ἡ φιλοδοξία σημαίνει, ὅτι κενόδοξοί ἐσμεν· ἥτε τῶν βρωμάτων ἡδύτης δείκνυσιν, ὅτι γαστρίμαργοί ἐσμεν· καὶ ἡ ῥαθυμία δηλοῖ, ὅτι ὀκνηροί ἐσμεν· καὶ ἡ φιλοκτημοσύνη, ὅτι τὸν Χριστὸν οὐ ποθοῦμεν· ὁ φθόνος C ἀπαγγέλλει, ὅτι ἀγάπην οὐκ ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς· καὶ τὸ νίπτεσθαι τοὺς πόδας καὶ τὸ πρόσωπον σημαίνει, ὅτι δουλοπαθεῖς ἐσμεν· διὰ γὰρ τῆς γλώττης κηρύττεται ἡ καρδία τίνα ποθεῖ· ἃ γὰρ ἡ καρδία ποθεῖ, ἡ γλῶττα μελετᾷ· διὰ τῶν χειλέων τὰ κρύφια τῆς καρδίας ἡμῶν ἐλέγχεται· ἐπειδὴ ἤνοικται τὸ στόμα μὴ ἔχον θύραν μήτε φυλακὴν, ἐκπορεύεται δὲ ἡμῶν ὁ λόγος ἀδια- D φόρως, καὶ διὰ τῶν λόγων, συλᾶται ἡμῶν ἡ καρδία. Τὸ γὰρ στόμα, μὴ φυλάττων μυστήρια καρδίας, κλέπτει τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῆς, καὶ νομίζουσα ἔνδον εἶναι ἑαυτῆς, διὰ τοῦ στόματος πομπεύεται, καὶ ἡ δοκοῦσα μὴ ὁρᾶσθαι. Ἡ τῆς καταλαλιᾶς ἡδύτης σημαίνει, ὅτι πλήρεις μίσους ἐσμέν· μὴ οὖν πλανηθῇ τις τῇ ἔξωθεν εὐλαβείᾳ, ἑαυτὸν γὰρ ἀπατᾷ, καὶ τὸν ἀδελφὸν, οἰό- E μενος τῇ ἔξω πείθειν εὐλαβείᾳ. διὰ τῆς ἀναστροφῆς, δείκνυσι τὸ ψεῦδος τῆς εὐλαβείας αὐτοῦ. Εἰ θέλεις μαθεῖν τὰς ἐνθυμήσεις τῆς καρδίας, πρόσεχε τῷ στόματι, καὶ ἐξ αὐτοῦ μαθήσῃ, περὶ τίνος ἔχει τὴν φροντίδα καὶ τὴν σπουδήν· περὶ τῶν γηΐνων, ἢ περὶ τῶν ἐπουρανίων· περὶ τῶν πνευματικῶν, ἢ περὶ τῶν σαρκικῶν· περὶ ἡδονῆς, ἢ περὶ ἐγκρα- F τείας· περὶ πολυκτημοσύνης, ἢ περὶ ἀκτημοσύνης· περὶ ταπεινοφροσύνης, ἢ περὶ ὑψηλοφροσύνης· περὶ ἀγάπης, ἢ περὶ μίσους. Ἐκ γὰρ τοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ στόμα τοῖς προσιοῦσι τὰ ἐδέσματα· καὶ τῆς γλώττης ἡ μελέτη δείκνυσι τίνα ποθεῖ ἡ καρδία· τὸν Χριστὸν, ἢ τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος. Ἥ τε ἀόρατος ψυχὴ, διὰ τῶν τοῦ

σωμα-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0294
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg